



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare ad Salz.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

nequivimus quod illius scelerati hominis precibus quam nostre auctoritatis iustificibus obtemperare maluimus, cum nunc clarissime liqueat cum eodem homine amorem discordie & inruptione caritatis de hoc loco vetuit egredi. Ipsi quippe nos, qui congregatio hujus monasterij a servi Dei, & utinam vere, dicimini, qualiter jam crebro vita vestra a multis diffamata est. & non absque re. Aliquando enim monachos, aliquando Canonicos, aliquando neutrum vos esse dicebatis. Et nos confundendo vobis, & ad malam famam abolendam, magistrum & rectorem idoneum vobis elegimus & de longinquis provinciis invitavimus, qui & verbis & admonitionibus rectam vitam instruere, & quia religiosus erat, bona conversationis exemplo potuisse informare. Sed proh dolor

aliorum cuncta conversa sunt, & diabolus vos quasi ministros suos ad feminandam discordiam inter quos minime decebat invenit, scilicet inter sapientes & doctores Ecclesie; & qui peccantes corriger & castigare debuerunt, cogitis ad peccatum inuidiae atque iracundiae prorumpere. Sed illi, Deo miserante, nequam ad sensum vestrum malis suggestionibus praebituri sunt. Vos autem, qui contemptores nostrae iustitiae extititis, five Canonici five monachi vocamini, ad placitum nostrum, juxta quod praetens Misericordia nostra vobis indiximus, nobis vos adfertere scirote. Et quamvis ad nos missa hic factae seditionis vos excuset epistola, veniam, & condigna satisfactione insultum crimen eluire.

CAPITVLARE AD SALZ

Datum anno Christi DCCCIV.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**e ordinatione Ecclesiarum.
2. *De decimis & donationibus Ecclesiarum.*
3. *Vt propter novas Ecclesias antiquiores suas decimas non perdant.*
4. *De ordinandis Presbyteris.*
5. *De ingressu in monasteria puellarum.*
6. *Vt in monasteriis puellarum et solam infantes nutritantur que in eo loco perferventia sunt.*
7. *Vt masculi in monasteriis puellarum non nutritantur.*
8. *Vt arma in monasteriis puellarum non deponantur.*

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De ordinatione Ecclesiarum.

I. **V**T Ecclesie Dei bene construæ & restauratae fiant, & Episcopi unusquisque infra suam parochiam exinde bonam habeat providentiam, tam de officio & luminali, quâmque & de reliqua instaurazione.

De decimis & donationibus Ecclesiarum.

Regino lib.
l. c. 52.

II. De decimis ubi antiquitus fuerunt Ecclesie baptismales, & devotio facta fuit, juxta quod Episcopus ipsius parochia ordinaverint omnimodi fiant donatae. Et si per donations Regum aut ceterorum Deum timentium bonorum hominum ad episcopiam seu monasteria aliquae res delegatae sunt, & ex ipsius rebus antiquitus ad ipsas Ecclesias priores decimæ

date fuerint, ipsa antiqua donatio vel de votio firma & stabili omnino permaneat. Tamen, ut suprà diximus, decimas de ipsis rebus qui eas possidere videtur persolvat.

Vt propter novas Ecclesias antiquiores suas decimas non perdant.

III. Quicunque voluerit in sua proprietate Ecclesiam edificare, una cum consensu & voluntate Episcopi, in cuius parochia fuerit, licentiam habeat. Veruntamen omnino providendum est ut alia Ecclesiae antiquiores propter hanc occasionem nullatenus suam iustitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvantur.

De ordinandis Presbyteris.

IV. *Vt unusquisque Episcopus in sua parochia*

Regino lib.
l. c. 16.
Burchard.
ib. l. c. 7.
Ivo. p. 1.
cap. 9.
Gratia. 16.
q. 1. c. 4.
Quicunque.

parochia secundum canonicam institu-
tionem Presbyteros ordinari faciat.

De ingresso in monasteria puellarum.

V. Ut nullus in monasteria puellarum vel ancillarum Dei intrare presumat, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus, vel Clericus, aut laicus, nisi tantum Presbyter ad Missam celebrandam tempore opportuno ingrediatur, salva necef- sitate monasterij secundum canonicam in-
stitutionem, & juxta quod Episcopus ip-
sius parochia ibidem ordinaverit. Pres-
byter autem Missa celebrata statim exeat.

Vt in monasteriis puellarum e.c. solum infantes nutriantur que in eo loco perseverantur sunt.

VI. Quicunque filiam suam aut nep-
tam aut parentem Deo omnipotenti of-
ferre voluerit, licentiam habeat. Sin au-
tem, domi infantes suos nutrit, & non

aliam infra monasteria mittere nutriendi
causa presumat nisi qua in ipso loco fir-
miter in Dei servitio perseverare voluerit,
vel secundum instituta sanctorum patrum
seu canonican auctoritatem.

*Vt masculi in monasteriis puellarum
non nutriantur.*

VII. Omnino prohibemus ut nullus
masculum filium aut nepotem vel paren-
tem suum in monasterio puellarum ad nu-
trientum commendare presumat, nec
quisquam ullum suscipere audeat.

*Vt arma in monasteriis puellarum non
deponantur.*

VIII. Ut nullus ex clericali ordine,
sacerdotes videlicet, aut alij Clerici, ne-
que laicus, brunes aut arma infra mona-
steria puellarum commendare presumant,
nec quisquam recipere audeat, excepto si
in eleemosyna datum fuerit.

CAPITVL A DATA PRESBYTERIS.

A dmonere vos cupio, fratres & filio-
li mei, ut ista pauca capitula, que hinc
scripta sunt, intentius audiatis.

I. In primis, ut sacerdos Dei de divina
scriptura doctus sit, & fidem Trinitatis re-
cè credat, & alias doceat; & suum offi-
cium bene posit implere.

II. Ut totum psalterium memoriter
teneat.

III. Ut signaculum & baptisterium
memoriter teneat.

IV. Ut de canonibus doctus sit, &
suum penitentiale bene sciat.

V. Ut cantum & compotum sciat.

VI. Ut nullus sacerdos feminas secum
habitare permittat; excepto matre, soro-
re, vel amita.

VII. Ut Presbyteri in tabernis bibere
non presumant.

VIII. Ut nullus avaritiam segetetur;
non sit superbus, non ebriosus, non vino-
lentus, nec somnolentus.

IX. Ut nullus presumat in cena Do-
mini jejunium solvere.

X. Ut nullus baptizare presumat nisi in
Pascha & Pentecosten, excepto infirmo.

XI. Ut nullus Presbyter nec Diaconus
nec Clericus christina alicui dare presu-
mat pro aliqua necessitate. Qui si hoc fe-
cerit, degradetur.

XII. Ut nullus Presbyter ad synodus
contemnat venire. Quod si aliter facere
presumpferit, coactus veniat, & secun-
dum canones judicetur.

PRÆCEPTVM DE SCHOLIS GRÆCIS ET LATINIS instituendis in Ecclesia Osnabrugensi, datum anno DCCCIV.

I N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Imperator augu-
stus, Romanum gubernans imperium, qui & Rex Francorum &
Langobardorum, necnon modò dominator & Saxonum. Notum sit
omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostris que presentibus scilicet &
futuris qualiter nos ob nostræ mercedis augmentum VVihoni Osnabru-
genfi Episcopo siveque Ecclesiæ, quam nos primam omnium in
Saxonia in honore sancti Petri principis Apostolorum & sanctorum mar-
tyrum Crispini & Crispiniani construximus, quoddam nemus vel fore.
Tom. I.

Dd